

† Salutifere Incarnationis domini nostri Iesu christi
Anno Millesimo ducentesimo vicesimo Septimo tercio die
Mensis Madii Indictionis Quintedecime Imperii vero domini
nostri Frederici dei gratia Romanorum Imperatoris Semper
Augusti Anno Septimo Regni Ierosolimitani Anno Secundo
et Regni Sicilie Anno tricesimo Ego Lidolphus f. Bastardi
Barolitanus civis Coram subnotatis testibus tibi Argontine
filie deodati uxori Nicolai confectarii mee concivi. volun-
tarie locavi et per fustem tradidi medietatem meam pro
diviso unius domus cuius reliqua medietas est Goffridi fra-
tris mei. Que medietas mea domus est in burgo Santi Ia-
cobi A prima parte iuxta dictam medietatem domus pre-
fati Goffridi fratris mei A secunda parte iuxta viam A tercia
parte iuxta comunem transendam A quarta parte vero iuxta
furnum Ecclesie Sante marie theotonicorum A festo Sante
marie mensis agusti proximo futuri usque ad tres annos
finitos Ex qua locatione recepi a te uncias tres auri tare-
norum sicilie totam videlicet pensionem ipsius Locacionis
Quatinus ab ipso festo Sante marie mensis agusti proximo
futuri usque ad tres annos finitos tu et tui heredes ipsam
medietatem meam domus tam infernis quam superius te-
neatis et utamini fruamini ea ad vestram utilitatem quam
locacionem non possimus interim vobis auferre dicendo
eam necessariam esse nec quolibet Alio modo Immo de-
fendamus eam vobis ab omnibus. hominibus. Necessarias
quoque Impensas quas in eadem locacione interim fece-
rint de nostro vobis restituamus nec ipsam medietatem
domus interim vendere vel alienare possumus Contra que
si fecerimus pene nomine componamus vobis solidos re-
gales auri decem totidem parti curie hoc scripto in suo
durante vigore Liceatque vobis sine compellatione pigno-
rare me et meos heredes in omnibus rebus nostris licitis
et inlicitis donec omnia perfecta vobis adimpleantur Maioris
quoque securitatis causa Super sancta dei evangelia tibi
iuravi perfecta omnia vobis sine contradictione qualibet